D. SAM. THEOD. QUELLMALZII.
Anat. & Chir. P. P. E. Lipſ.

NOVUM SANITATIS PRÆSIDIUM

EX

EQUITATIONE,

MACHINÆ BENEFICIO INSTITUENDA.

oder

Anweiſung

zu einer

Der Geſundheit dienlichen

neu erfundenen Art

der

Bewegung.

Nebſt darzu gehörigen Kupfern.

Leipzig, 1735.
Zu finden in Teubners Buchladen.

SERENISSIMO PRINCIPI AC DOMINO,

DOMINO

FRIDERICO CHRISTIANO,

PRINCIPI REGIO POLONIÆ ATQVE LITHVANIÆ,

DVCI SAXONIÆ, IVLIÆ, CLIVIÆ, MONTIVM, ANGRIÆ ET WESTPHALIÆ, PRINCIPI ELECTORATVS SAXONICI HÆREDI, LANDGRAFIO THVRINGIÆ, MARCHIONI MISNIÆ, VT ET SVPERIORIS AC INFERIORIS LVSATIÆ, COMITI PRINCIPALI HENNEBERGIÆ, COMITI MARCÆ, RAVENSBERGÆ ET BARBYÆ, DYNASTÆ IN RAVENSTEIN ETC.

DOMINO MEO CLEMENTISSIMO.

SPIRITUO
EVIDENCIA
DOMINO

SERENISSIME PRINCEPS REGIE,
DOMINE CLEMENTISSIME,

QVam olim ab Indorum Regibus Philoſophi obtinebant gratiam, eandem abs TE, Serenisſime Princeps Regie, ſibi exoptat conatus meus ſubmisſisſimus. Illis tam felicibus eſſe licebat, ut vertente anno Reges ſuos adirent, & ſinguli, quid hactenus in phyſicis & politicis novi meditando inveniſſent, libere proferrent in medium. Quos in eo imitaturus, anceps aliquamdiu hæſi, mente mecum reputans devotisſima, ad ſumma quæque natos non niſi rebus excelſis delectari. Aſt præterquam quod in literis raro quicquam tam humile, quin animi excelſi judicio mereatur exponi; nihil dignius mihi vel nobi-

lius

lius esse visum est arte, quæ salutem hominibus pollicetur. Ea igitur fretus fiducia, non plane oculis Tuis ac gratia *indignum fore hoc qualecunque humillimi cultus specimen,* Regiæ Tuæ Celsitudini, *in quam bonarum literarum amor ab* Augustissimis Majoribus *jure quasi hæreditario derivatur, obsequio id consecro subjectissimo. Suscipe id vultu, quo soles,* Serenissime Princeps Regie, *clementissimo &* gratiæ Tuæ *radiis collustrari studia mea patere. Deus Ter Opt. Max.* TE, Serenissime Princeps Regie, *cum* Rege Potentissimo, Tuo *atque* Patriæ Patre, Majestatis Regiæ socia Matre, totaque Regiæ stirpis sobole *sospitem ac incolumem diu conservet præstetque subinde felicissimum, gloriossimum,*

REGIÆ TVÆ CELSITVDINIS

Dab. Lipsiæ III. Iduum Jul.
MDCCXXXV.

devotissimus, subjectissimus

SAMVEL THEODORVS QVELLMALTZ

Fig. I.



Fig: II.



Fig. III.



Fig. IV.



NOVUM
SANITATIS PRÆSIDIUM
EX
EQVITATIONE, MACHINÆ BENEFICIO
INSTITUENDA.

§. I.

VAria ſunt media, quibus caducum mortalium corpus a languoribus infirmitatibusque ſuis, in quas facile alias præcipitatur, immune diu præſtari poteſt. Utrum tamen quoddam labores, ad quos, ob membra, ea propter ipſi ſuppeditata, per naturam deſtinatum videtur, utilitate ſua ſuperet? adhuc dubito. Quoties agreſtem paganorum vitam intueri coram licet, toties deſtitui eandem non ſaltem medicis & medicamentis, ſed & morbis plurimis, quibus otio ſepulti dulciſſimo in urbibus exponuntur, non ſine animi voluptate miror. Ex civitatum Incolis alii corpus exercent ſtrenue, vitæ ut lucrentur præſidia, alii contra ea blandæ litant deſidiæ; hos cum medicamentis ut plurimum multam habere rem, medicis proin quibusdam amiciſſimos; illos cum ſupercilio ſpernere non raro eosdem, teſtis eſto experientia. Idque ipſum tam dubio omni exemtum eſt, ut actionum humanarum diſcrimen gradibus diverſum admodum, partim ex mor-

§. 1.

ES ſind zwar verſchiedene Mittel dadurch der an ſich gar hinfällige menſchliche Leib von denen Schwächlichkeiten, zu welchen er ſonſt ſehr geneigt iſt, dennoch geraume Zeit verwahret werden kan. Ich zweifle aber, ob eines unter ſolchen vor der Arbeit, zu welcher der Menſch nach ſeinen äuſſerlichen Gliedern von der Natur ſelbſt beſtimet iſt, den Vorzug verdiene. Unterſuchet jemand das Land-Leben, ſo wird er mit Vergnügen bewundern, daß bey ſolchen weder Medici u. Medicamenten noch auch die meiſtē von denen Kranckheiten, denen in Städten diejenigen, ſo einer ſtetē angenehmen Ruhe pflegen, gern unterworffen ſind, anzutreffen. Dahero denn unter denen Stadt-Leuten eben ſolche insgemein mehr mit denen Medicamenten und Medicis, dieſe auch hinwiederum mit jenen zu thun haben, als die, ſo ſich ihrer Hände Arbeit, und offtmahls nicht ſonder Schweiß ihres Angeſichts ernähren müſſen. So gewiß dieſes iſt, ſo gewiß laſſen ſich hinwieder, eines Theils aus den guten und geſunden, andern Theils aber aus den krancklichen Zuſtand des Leibes die

bis, cum quibus conflictantur homines ipsis, partim ex Secunda eorum valetudine artifex metiri queat; Haud ergo mirum, legem illam divinam pœnæ loco mortalibus promulgatam, quæ summi Numinis & sapientia, & summa fuit benignitas, in Sanitatis salutare consilium esse conversam.

§. II.

Verum enim vero, multi forte ignorant, quanta in labore virtus sit recondita, cupidine hinc ejus, cum opulentiores sint, tenentur nulla; plurimi ejus perspiciunt efficaciam, gulæ tamen ac commoditati indulgentes, eum cane pejus & angue, nescio ob quam sibi de eo conceptam molestam sensationem, fugiunt; pauci vero, non nisi multis ambagibus tales suscipiunt pro salubri corpori conciliando motu actiones, quas rectius delectamenta, aut lusus dixeris, ut pene, utrum sanitatis, vel potius voluptatis causa faciant, dubites. Hi sunt, qui tam strenue in motiunculorum variationes intenti fuerunt, ut in ingentem eædem excreverint numerum. Quas inter & variæ hominum conditiones ac sortes inveniunt, quæ & prodesse & delectare possint. Quid sibi Principum ac magnatum multis impensis comparata certamina martialia lanceis,

unterschiedenen Lebens-Arten derer Menschen ermessen. Was Wunder nun, daß nach des Schöpffers Weißheit und Gütigkeit, die denen Menschen zur Straffe aufgelegte Arbeit, zu einen heilsamen Gesundheits-Rath ausfällt.

§. 2.

Jedoch viele die bemittelter sind, mögen wohl nicht gnugsam einsehen, was sich von der Arbeit vor Nutzen an der Gesundheit zu versprechen, weniger aber nach solcher Verlangen tragen; mehrere, die dieses erkennen, verabscheuen sie aus Gemächlichkeit und Wollust, wegen der damit verknüpfften Beschwerlichkeit; die wenigsten bedienen sich, nicht ohne viele Umschweiffe, solcher Bewegungen, die mehr den Nahmen eines Spiels oder gewisser Ergötzlichkeit verdienen; und ich glaube, daß solches noch mehr zur Lust, als um der Gesundheit willen geschicht. Wannenhero auch so viele Arten derer, nur mit einer geringen Bewegung vergesellschaffteten Vergnügungen erfunden worden, daß bey nahe ieder Stand und Lebens-Art sich derselben nach Belieben bedienen kan. Dahin derer Fürsten und anderer Grossen mit schweren Kosten anzustellenden Ritter-Spiele, Turniere zu Pferd und Fuß, Ring-Rennen,

nunc

nunc equitando nunc obambulando inſtituta, haſtiludia alia, venationes, quorſum falconariam ſeu accipitrariam artem refer, ſaltationes, pugilatus, inſultationes equo, menſæ tudicularis, conorumque luſus ſphæromachia nec minus nationum quarundam & nunc & olim inſtitutæ pugnæ ludicræ palæſtris, jactibus diſci, jaculi, telarum, ſagittarum, in arena curſoria ac ſphæriſteriis peractæ, natationis non excluſa muſica vocali ac inſtrumentali velint? nemo ignorat. Dantur interim & aliæ motionum multarum gratisſimarumve a ſanis quibusvis pariter ac valetudinariis hinc inde inſtituendarum ſpecies, quibus ſtationem, itionem, motum in lectica, vectionem in curru, equitationem, artes varias mechanicas ac opificia ſcriniariorum, torneatorum, ſimiliumque annumeramus, quippe quæ æque, ac militum geſticulationes armis ſuis inſtituendas Reges ac Principes haud raro in deliciis & olim & etiamnum habent.

§. III.

Ac quanquam quidem aliæ ab aliis toto ſæpe differre videantur cœlo, quod tamen in corpus ejusque & fluidas & ſolidas redundat partes emolumentum, magna, licet non omni ex parte, cunctis earundem ſpeciebus convenit. Quasdam vero ex his

Jagen, Falconier-Kunſt; nicht weniger, das Tantzen, Fechten, Voltigiren, Kegel ſchieben, Billard- und Ball-Spiel, ſo wohl gewiſſer Völcker vor dieſen und noch ietzo angeſtellte Erluſtigungen in Ringen, werffen derer Pfeile und Kugeln, Spiel des Jäger-Stocks, Schnepper- und Bogen-Schüſſen von allerhand Art, Bewegungen auf der Lauff-Bahne, Ballhauſe und im Schwimmen wozu noch das Singen und Inſtrumental-Muſic kommt, gehören. Uberdiß finden ſich noch andere Arten von allerhand Bewegungen, die ſo wohl vor Geſunde als auch zuweilen vor Krancke ſind, dahin das Stehen, Gehen, in der Senffte getragen werden, Fahren, Reiten zu zehlen; ja ſelbſten Könige und Fürſten haben nicht ſelten ein beſonderes Vergnügen an Erlernung einiger Mechaniſchen Künſten, Tiſcher, Drechsler und anderer Handwercken, nicht weniger auch an denen gewöhnlichen Soldaten Exercitien gefunden.

§. 3.

Zwar ſcheinen ſie ſehr von einander unterſchieden zu ſeyn, doch kommen ſie, was den Nutzen, welchen ſie ſo wohl denen feſten als flüßigen Theilen unſers Leibes erweiſen, groſſen Theils, obgleich nicht durchgehends, mit einander überein. Denn einige von ihnen ſtrengen die mei-

plurium corporis partium requirere operam, hincque magis universales, quasdam contra ea, pauciora afficere membra, hincque particulares esse, experimur. Illæ & artus & sæpe simul truncum, ejusque ingentem musculorum numerum, non exclusis contentis in eo visceribus, exercent, hæ quandoque artuum singularium actionem postulant tantum; Illæ cum partes corporis principes commoveant, vel ob hanc solam causam aliis jure meritoque præferendæ sunt. Prærogativam vero has inter multis parasangis meretur Equitatio, quæ motum jam in alterna elevatione & delapsu trunci, jam in reciproca productione lateris utriusque, jam tandem in alterna pronatione & reclinatione corporis, beneficio equi, pedibus suis & anterioribus & posterioribus nunc gressus simultaneos, nunc alternos constituentis, consistententem sistit. Adeoque triplici imprimis modo, vario tempore, motum hunc institui posse, innui. Quod vero primo loco nominata succussationis species, quoad trunci ejusque partium agitationem superet reliquas, hincque ex ea, præ aliis beneficium in sanitatem ut plurimum redundet majus, nullus asserere dubito, licet & reliquis suum commodum ea propter denegandum non sit.

sten Theile des Leibes an, und sind daher mehr allgemein; einige in Gegentheil betreffen nur wenigere Glieder, und sind dahero mehr eigentlichere und besondere. Jene gehen so wohl die Glieder als den gantzen Leib mit der grossen Anzahl seiner fleischichten Theile und Eingeweyde zugleich an; Diese erfordern nur einzelner Gliedmassen Bewegung; Wannenhero auch jene, da sie die vornehmsten Theile am Leibe in Bewegung setzen, diesen mit Recht vorzuziehen sind. Unter solchen nun hat das Reuten, welches in einer Bewegung bestehet, die den menschlichen Leib, auf einen Pferde, das die forder und hinter Füsse entweder zugleich, oder wechselsweise fortsetzet, bald in die Höhe hebt, bald wieder niederläst, bald eine Seite um die andere vorwerts wendet, bald aber auch wechselsweise den gantzen Cörper vor und hinterwerts stöst, vieles zu voraus. Es verstehet sich also von selbsten, daß das Reuten auf eine dreyfache Art, zu unterschiedener Zeit, könne unternommen werden. Die zuerst beschriebene, welche eine Art einer Schüttlung vorstellt, übertrifft wegen stärckerer Bewegung des Cörpers die übrigen, sie ist auch der Gesundheit insgemein zuträglicher als die andern, denen aber ihr Nutzen deswegen keinesweges abgesprochen wird.

§. IV.

§. IV.

Id saltem dolendum maxime est, circumstantias, quibus remedium hoc salutare ad modum stipatur ejusmodi esse, ut non omnium conditioni ac sorti conveniat. Tam enim angusta ægrotantium res sæpe est domi, ut necessarias impensas eo collocare vix ac ne vix quidem valeant. Larga se mihi annis abhinc quibusdam obtulit occasio, ægrotorum pene multorum curam in me suscipiendi, qui auxilium in Equitatione & quærere, & eadem etiam decenter adornata, reportare poterant, eoque lubentius indole morbi cognita, hujus motionis instituendæ autor suasorque fui, quo magis cordati medici ex fonte, quem dicunt diæteticum, depromenda, si modo sufficiant, primum remedia, reliquisque præferre, minimum ad latus jungere tenentur. Dictis, non pauci obsequentissimi, remedii hujus, nescio qua dulcedine capti, bono animo conscenderunt in equum, eidemque sponte currenti, calcar addiderunt, secundam persecuturi cursu valetudinem; nec male cessit, siquidem an bene se inde habuerint? quæsiti, optime responderunt. Ego vero gladiatorum illius bene memor: repetite repetite. Nonnulli horum non sæpius moniti, faciles præbuerunt aures, caroque

§. 4.

Nur ist zu bedauren, daß die Umstände, mit welchen diese heilsame Bewegung verknüpfft ist, so beschaffen, daß sie sich nicht vor jedweden schicken. Denn offtmahls sind die Patienten zu unvermögend, die nöthigen Kosten daran zu verwenden. Ich habe bey verschiedenen Jahren gar viel mit solchen Krancken zu thun gehabt, welche nach Befinden ihrer Beschwerungen, von den auf geziemende Weise unternommenen Reuten, sich sichere Hülffe versprechen können; Dahero ich auch solche Bewegung um desto lieber angerathen, iemehr aufrichtige Medici verbunden, zuförderst aus der Diæt ein Mittel, woferne es anders hinlänglich, vorzuschlagen, und denen andern Medicamenten vorzuziehen, wenigstens an die Seite zu setzen. Es sind auch nicht wenige dergestalt von der Annehmlichkeit dieses Remedii so gleich eingenommen worden, daß sie sich getrost zu Pferde gesetzt, auch wohl dasselbe so hefftig zuweilen angespornet, als ob sie mit ihren entsetzlichen Sprengen, die bereits entflohene Gesundheit wieder einholen wolten; Nichts destoweniger habe ich erfahren müssen, daß es ihnen vortreflich bekommen. Was könte nun dienlicher gewesen seyn, als ihnen die fernere Fortsetzung desselben anzurathen? Einige davon bedurfften wenig errinnert zu werden, so unterliessen sie nicht durch

remedio, non simili semper sostro, sanitatem emerunt perfectam. Quidam semel forte atque iterum exercitium susceperunt equestre, ob arcam angustiorem raramque fidem abrumpere coacti, pecuniam recentem expectantes, nil quicquam, aut parum salutis obtinueruut, metusque fuisset ne ultro continuationem urgente Medico, novis, crumena excavata, exurgentibus curis, magis quam morbo vexarentur.

§. V.

Quid igitur consilii? Effectus generosi hujus motus obscurus haud erat, utinam modo ratione dissimili ageretur cum eodem, ac cum vino, potu omnium excellentissimo, quem non raro Opulentiores ac otio suavi dediti ingurgitant sæpe ultra vires, imo ad profusionem usque, tenuis contra ea fortunæ hominibus, laboribus pene suppressis eum natura denegasse videtur! Essetne imitanda arte hæc motio? mecum cogitavi eoque magis, quo minus fertilissima in motionum speciebus producendis gnaviter olim occupata ingenia hujus, si infantum ex asseribus confectos equos (quorum, medius fidius, non contemnendus est usus,) excipias, mentionem fecerint ullam. Anni igitur ni fallor

ein zwar kostbahres Mittel, leider aber nicht allezeit durch ein dergleichen Arzt-Lohn eine vollkommene Gesundheit zu überkommen. Andere, die ein oder das andere mahl dergleichen unternommen, sich aber wegen geringen Vermögens und schlechten Credits biß zum neu angekommenen Wechsel abzulassen genöthigt sahen, erhielten davon wenig oder keinen Nutzen. Und hätte man sie auch zu dessen fernern Fortsetzung angehalten, würde zu besorgen gewesen seyn, daß der, wegen ausgelehrten Beutels entstandene Kummer ihnen nachtheiliger als die Kranckheit selbst fällen möchte.

§. 5.

Was zu thun? die Würckung dieser vortreflichen Bewegung lag vor Augen. Möchte es doch mit derselben nicht auch so bewandt seyn, als mit dem alleredelsten Getränckе, den Wein, welchen diejenigen so sich sorgfältig aller Leibes Arbeit enthalten, da sie begüttert sind, und sich ohnedem einer angehmen Ruhe bedienen, offtmahls über Vermögen zu sich nehmen, den hingegen die Natur denen Armen, und die fast über Vermögen arbeiten müssen, zu mißgönnen scheinet! Ich dachte also bey mir selbst: ob nicht solche Bewegung durch die Kunst nachzuahmen stünde, und solches um desto mehr, je weniger diejenigen, so sonst in Erfindung neuer Arten derer Bewegungen nicht vergebenen Fleiß angewendet, dieser, so mit den Reuten übereinkömmt (wenn ich der Kinder aus Bretern gemachte gewöhnlichen Pferde, davon der Nutzen sicherlich nicht zu verachten ist, ausnehme,) nicht mit einen Worte Mel-

9 ſunt elapſi quo motionem meditatus ſum Equitationi æmulam, &, quanquam obſtacula quædam eam tunc premerent, bonis avibus inveni. Flocci faciens rem, levem viſam, deſtiti ab inſtituto ad tempus, aliis diſtentus negotiis. Ægrotantium eadem ſublevandorum occaſione incidit denuo non ſolum in mentem, ſed & calcar novum addidit, donec difficultatibus ſuperatis, cunctis, uſu ejus protinus conſpecto convictus, illam publici nunc juris facere, dignitate ac præſtantia ejus ductus, audeam.

§. VI.

Dum ejus hic deſcriptionem molior in limine præmonere duxi, me quod & optimi quique facere tenentur, ſimpliciores Machinæ apparatus prætuliſſe prolixis multisque ambagibus atque impenſis obtinendis. Eligatur igitur locus eidem magnitudine proportionatus, qui, ubi commodior deficit, profecto tam abſtruſus eſſe vix poteſt, quin illi inſerviat. Eum vero, qui dormitorio cubiculo aut Muſeo propior exiſtit, haud ſine prægnantibus infra dicendis, rationibus ei fore aptiſſimum

9 Jahr verfloſſen, da ich meine Gedancken auf eine ſolche Bewegung richtete, die dem Reuten beykäme; welche ich auch, ungeachtet verſchiedene Hinderniſſe, damahls die Sache ſchwer machten, glücklich erfunden. Dieweil ich aber anfänglich nicht eben ſo viel aus dieſen Dinge, das ich ſelbſt vor geringe hielte, machte, kam ich wieder, wegen anderer dazwiſchen kommenden Verrichtungen, davon ab. So bald mir aber ſolche Krancke wieder vorgekommen, welche ſich von den Reuten Hülffe zu verſprechen, fiel ſie mir nicht nur wieder ein, ſondern ſie reitzte mich von neuen an, biß ich endlich, nachdem alle Schwierigkeiten aus dem Wege geräumet, und man deren Nutzen näher einzuſehn begonne, kein Bedencken getragen, dieſelbe wegen ſeiner Würde und Nutzbarkeit öffentlich bekannt zu machen.

§. 6.

Ehe ich ſie beſchreibe, kan ich nicht umhin zu errinnern, daß ich nach der Abſicht der beſten Künſtler gantz einfältig zuſammengeſetzte Machinen hierbey denen weitläufftigen, welche nicht ſonder viele Umſtände und Koſten angeſchaffet werden, vorziehe. Man erwehlet ſich einen Ort der die behörige Gröſſe habe die Machine in ſich zu enthalten, welcher, woferne ein bequemerer ermangelt, gewiß nicht ſo geringe ſeyn kan, daß er nicht darzu dienete. Es weiſet ſich aber von ſelbſten, daß derjenige Platz, welcher der Schlaff-

faci-

facile quisque largietur. Quod si tegmen loci aut conclavis trabibus ligneis fuerit exstructum, commode Fig. 1. lit. h. monstrante, illi applicabitur. Sin vero lapidibus, calce, aut gypso constet, ne quid illi detrimenti inferatur, duobus fulcimentis, germanice **Gestelle** ex trabibus minoribus 3. l. 4. pollicum, longitudinis ulnar. $1\frac{1}{2}$ -- 2. altitudinis a fundo 4. uln. ubivis collocandis, quibus reliqua superstrui possit machina, opus est. Quæ ipsa ad extremitates foraminibus aliquot sint instructæ necesse est, ut perticarum inferiorum distantia, pro elasticitate nunc majori nunc minori superioribus hastulis concilianda, clavis immissis, variari possit. vid. Fig. IV. aa. Hoc namque pacto nec elegantiora conclavia tapeziis cumprimis ornata cantherium l. fulcrum tale liberum Fig. 4. aa. ubique locorum statuendum respuunt. Hoc duæ perticæ l. fulcra hypomochlia constituentia Fig. 4. bb. transversim posita vel ex molli vel duro ac compacto ligno confecta crassitiei 4 -- 5 pollic. (habito scilicet respectu parietum distantiæ & longitudinis illarum requisitæ) $\frac{3}{4}$ -- 1. uln. ab invicem distantes innitantur; Fig. 4. bb. quibus duæ aliæ graciliores cc. 2. -- 4. pollic. æqualis tamen, quantum ejus fieri potest, crassitiei, lon-

Kammer oder Zimmer näher, aus vielen wichtigen Ursachen, die unten bemercket werden, hierzu am allerbequemsten ist. Sind an der Decke der Kammer oder eines solchen Orts äusserlich Balcken zu befinden, so kan diejenige nach Fig. 1. h. gantz bequem angebracht werden. Ist die Decke steinern, getüncht oder von Gips, so sind, dieselbe zu verschonen, 2 aus Pfosten von 3 biß 4 Zoll verfertigte Böcke oder Gestelle von $1\frac{1}{2}$ biß 2 Ellen lang und 4 Ellen hoch, welche überall hingesetzet, und auf welche sie gelegt werden könne, nöthig. Welche an ihren Enden mit Löchern und Pflöckern versehen, die darauf zu liegen kommende Unterlage, bißweilen weiter von einander, bißweilen aber näher zusammen zu legen, um die Elasticität derer Obern Stangen zu vermehren und zu vermindern. Fig. IV. a. a. Welchergestalt die Machine auch in die nettesten und mit Tapeten versehenen Zimmern gesetzt werden kan. Auf solches Gestelle werden 2 Stangen so die Unterlagen ausmachen, sie mögen von harten oder weichen Holtze bestehen, in der Stärcke von 4 biß 5 Zollen, jedoch nach denen voneinander abstehenden Gestellen und ihrer Länge proportioniret, quer über und $\frac{3}{4}$ höchstens 1 Elle von einander geleget. Fig. 4. b. b. Auf welche sodann 2 andere und vom ziemlich gleich auslauffender Stärcke dünnere Stangen von 2 bis 4 Zoll, 3 biß 4 Ellen

gitu-

gitudinis 3. 4. ulnarum, quadrantis ulnæ $2\frac{1}{2}$ distantiæ $\frac{3}{4}$ ulnæ, secundum longitudinem imponantur. Id tamen probe hic tenendum est, ut & anteriores earum extremitates & posteriores ita a fulcris Fig. I. aa. s. hypomochlio promineant, quo æquilibrium elasticitatis suæ exacte servent. Qua de re extremitates crassiores truncum constituentes, paulo magis producantur, minus vero, quæcunque apicem efficiunt, cum flexiliores eædem reperiantur. Quatuor earum finibus alligentur decenter funes seu chordæ Fig. I. lit. cc. ejusdem omnes longitudinis accrassitiei pro mole corporis proportionatæ, quæ centrum versus ductæ ephippio seu equo ex pilis, lana vel stramine confecto annulis 4. ferreis lit. gg. instructo annectantur ita, ut nunc magis, nunc minus idem distet a fundo.

§. VII.

Quæ tametsi pro motu Equitationi æmulo producendo nostro Equiti, paululum saltim exercitato sufficiat abunde machina, pro elatere tamen perticarum augendo, proque exercitio hoc allevando sequens multum inservit apparatus. Tegmini ligneo conclavis, locis inter perticarum extremitates mediis, & a parte anteriori & posteriori appli-

lang, $\frac{1}{2}$ biß $\frac{3}{4}$ Elle von einander, nach der Länge drauf angemachet. Fig. 4. c. c. Worbey doch dieses in acht zu nehmen, daß so wohl ihre fordern als hintern Enden, so weit von ihren Unterlagen hervor ragen müssen, damit das Gleichgewichte von ihrer Biegsamkeit genau erhalten werde. Fig. I. a. a. Zu welchem Ende die Stamm-Enden, als welche jederzeit stärcker, ein wenig mehr, die dünnern Wippel-Enden aber etwas weniger hervor zu legen An bemeldete 4. Enden werden 4. Stränge oder Seiten von einerley Länge und nach der Last des Cörpers proportionirten Stärcke angebunden, Fig. I. c. c. einwärts nach den mit Haaren ausgestopften Pferd oder Sattel fig. I. fig. 2. k. fig. 4. i. angezogen und vermittelst 4. Ringen fig. I. g. g. fig. 3. f. f. f. f. befestiget und so angebunden, daß solcher mehr oder weniger nach Belieben vom Boden abstehe.

§. 7.

Wiewohl diese beschriebene Machine zu einer Bewegung, welche dem Reiten völlig beykommt, vor einen, so nur ein wenig derselben gewohnt gnugsam seyn könte, so wird doch die Elasticität derer Stangen und die gantze Sache zu erleichtern, folgendes vieles beytragen. Man schraubet in die höltzerne Decke des Orts über die fordern und hintern Enden derer obern Stangen, in die Mitten 2. kleine Räder, desgleichen auch gerade über den

centur rotulæ parvæ, ſupraque ephippium duæ aliæ, Fig. I. lit. eeee. quo alii funiculi a lignis inter extremitates haſtularum ſuperiorum mediis Fig. I. lit. dddd. perpendiculariter primo, poſtmodum in linea horizontali recta per indigitatas rotulas centrales duci poſſint. Fig. I. l. ff. Hoc namque inſtituto & corpus levari, & perticæ corporis mole tenſæ quieti ſuæ rectius uno eodemque labore reſtitui, ipſaque motio, mirum quantum intendi poteſt. Mutata facie, in locis elegantiori tegmine ornatis egregium hunc finem aſſequemur, ubi a perticarum dictarum lignis intermediis utrinque vectes Fig. II. lit. dd. hypomochlio inſtructi Fig. II. ee. centrum verſus excurrunt quo mediante loro Fig. II. lit. ll. iis annexo, eadem, quam ſupra laudavimus, reſultet utilitas. Tam gratam, fateor, hinc fieri motionem, tamque levem pro machina agitanda requiri vim, ut mireris. Quin imo l. ſine his adjumentis idem exurgit effectus, ſi in motu ſuo agentium muſculorum actiones & puncta alternis vicibus mutentur, ut quod nunc fixum erat, nunc fiat mobile, & verſa vice, qua tamen mutatione, motio longe validior redditur. Corporis enim moles mutatione hac vel niſu inverſo levata paulo,

Sattel 2. andere dergleichen nahe bey einander fig. I. e. e c. e. damit eine Schnure von denen Zwiſchenhöltzern deren obern Stangen fig. I. d. d. d. d. erſtlich gerade über ſich, alsdenn horizontal durch gemeldete Räder in der Mitten fig. I. lit. f. f. f. gezogen werden könne. Solcher geſtalt wird nicht nur der Leib gehoben, ſondern auch die durch die Laſt des Cörpers geſpannten Stangen zugleich in ihre Ruhe gebracht, überhaupt auch die gantze Motion ungemein ſo wohl erleichtert, als verſtärcket. Bey zierlichern Decken wird man auf eine andere Art dieſen Nutzen überkommen, wofern an die oben beſchriebenen Zwiſchenhöltzer von beyden Orten fig. II. c. c. Hebel angemacht werden, fig. II. d. d. ſo mit ihren Unterlagen verſehen, fig. II. e. e. und einwerts nach der Mitten zu auslauffen, damit durch Hülffe eines daran gemachten Riemes eben derſelbige Nutzen, als oben von denen Rädern beſchrieben worden, erhalten werde. Ich muß geſtehen, daß hierdurch die Machine ſelbſt ſo leichte in die Bewegung gebracht wird, daß man ſich darüber verwundern muß. Zwar hätte man ſich auch ohne ſolche dazu gefügte Stücke einerley Würckung zu verſprechen, wenn die bey ſolcher Motion erforderlichen Muſceln ihren Zug und Action nach ihren ſo genannten beweglichen und unbeweglichen Puncten wechſelsweiſe verändern, da denn durch ihre Veränderung und umgekehrten Zug, denen durch die Laſt des Leibes ſtarck geſpannten Stangen, die ſich folglich nach ihrer Ruhe ſtarck bearbeiten, um ein merckliches nachgeholfen wird. Jedoch würde dieſe Art der Motion weit

tenſis

tensis hastulis in quietem suam nitentibus perpetuo, opitulabitur feliciter.

§. VIII.

Equidem a quolibet ope suppeditatæ machinæ producendum exercitium apprime expectationi satisfacere puto; attamen ejus hinc inde mutari posse faciem, non nego. Scilicet nil obstat, quo minus in fundo conclavis vel loci hastulæ eædem collocari, funesque inde per fulcimentum aliquod, rotulis instructum ad ephippium usque duci possint, quo eandem forment machinam. Ac veluti una vel duæ saltim perticæ Fig. II. aa. pro eodem sufficient motu; ita & pluribus, ubi volupe fuerit, instituetur, si tam in fundo, quam tegmine eædem ponantur, funesque ab inferiorum extremitatibus per rotulas, superiorum finibus annexas, eodem ducantur pacto. Sic hastulæ ex chalybe factæ omnem perticarum supplent vicem. Utrum vero chordæ 4. crassiores elasticitate mira instructæ solæ, absque perticis, fixis locis, ut decet, firmandæ ephippioque aligandæ, operi inserviant? scire avens, feci earum periculum. Ac fateor eundem cum descriptis supra egregiumque successisse tam diu motum, donec quarta horæ parte elapsa, ruptura earum nunquam evitanda suc-

hefftiger und beschwerlicher als die vorige ausfallen.

§. 8.

Ich halte zwar davor, daß die durch gemeldte Machine anzustellende Bewegung jedermann vollkommen gnug thun werde; Doch will ich nicht in Abrede seyn, daß sie hin und wieder etwas zu verändern, obgleich nicht eben zu verbessern stehe. Denn so hindert nichts, daß nicht auch die Stangen auf dem Boden des Zimmers oder Orts, statt an der Decke oder oben angemacht zu seyn, liegen, und die Stränge davon über ein Gestelle durch Räder biß zu dem Sattel geleitet werden könten. Und gleichwie eine oder 2. Stangen Fig. II. a. a. zu dieser Machine gnug sind; so könte es auch nach Belieben mit mehrern verfertiget werden, wenn so wohl auf den Boden, als an die Decken dieselben fest gemacht, und von denen Enden derer untern die Stränge nach denen Enden derer Obern, durch die daran befindlichen Rädergen auf gleiche Art geleitet würden. Ebenfalls gilt es gleich viel statt derer Stangen sich stählerner Federn darzu zu bedienen. Einsmahls verlangte mich zu wissen, ob auch 4. starcke därmerne Seiten, welche sonst eine wundernswürdige Elasticität besitzen, ohne Stangen, nur an 4. Orten angemacht, und an den Sattel gebunden, allein hierzu gnugsam wären. Da denn nach dessen Untersuchung eben diejenige Bewegung wie von denen vorigen Arten beschrieben, so lang heraus gekommen, biß nach $\frac{1}{4}$ Stunde die Seiten zerrissen, alle angewendete

cedens operam perderet & oleum, irritumque conamen pariter ac hordas plane extricatas manifestaret. Ast rectius elasticitati machinæ pro validioribus subjectis augmentum additur si 4. uncis fundo infixis Fig. II. lit. gggg. firmiter alligentur funes, Fig. II. lit. hhhh. perpendiculariterque excurrant, versus hastularum extrema, rotulis minoribus Fig. II. ffff. similiter instructa, hasque transeant ac versus centrum excurrentes, Fig. II. ii. ephippo vel Sellæ Fig. II. k. alligentur, eodem ut in prioribus dictum fuit, modo. Sic namque elasticitati machinæ pro validioribus subjectis augmentum additur. Plures eosque inter tectos machinæ hujus apparatus pro loci diversi conditione hinc inde applicandos pluribus enarrare possem; verum cum omnes iisdem nitantur fundamentis nonque, nisi levibus differant circumstantiis, cujuslibet arbitrio relinquere volui, eosdem omnes adumbrare, supervacaneum ducens.

§. IX.

Age, nunc conscendat Pegasum nostrum ad nutum Gubernatoris, siquis alius, exacte intentum ac mansuetum Eques, & ecce, quæ alacritas ejus est, vel nondum exstimulatus loco vix uno teneri se patietur. Quæ

Mühe und Unternehmen zernichteten, sie selbst aber völlig aufgedrehet und in Fasen zertheilet zu befinden waren. Wannenhero auch die Elasticität der Machine vor stärckere und schwerere Personen, auf noch kürtzere Art zu verstärcken 4. Haspen oder Ringe mit Schrauben in den Fuß-Boden gerade unter denen 4. Enden derer Stangen eingeschraubet Fig. II. g. g. g. g. die Stränge daran angebunden, gerade über sich Fig. II. h. h. h. h. durch die an denen besagten Enden derer Stangen befindlichen Rädergen Fig. II. f. f. f. f. einwärts nach den Sattel oder Sitz Fig. II. k. geleitet und wie oben daran fest gemacht werden mögen. Es wären davon noch mehrere Manieren, und darunter auch solche die verkleidet heraus kämen, nach jedes Orts unterschiedener Beschaffenheit weitläufftiger anzuführen; Da aber doch alle auf einem Grund beruhen und nur wegen geringer Umstände unterschieden, so habe als überflüßig angesehen solche vorzustellen, und sie lieber eines jeden Belieben überlassen wollen.

§. 9.

Wir sehen nunmehro, was die Verrichtung desjenigen ist, welcher sich dieses Pegasi, so sich gewiß so gut, als ein Pferd nach seinē Reiter richtet, bedienet. Hierbey ist nun leicht zu erachten, daß so bald er sich darauf setzet, die Machine so gleich in Be-

enim

enim pondere Corporis & nisu quodam leviſſimo, muſculorum auxilio adhibito, tendutur, perticæ, remittente eodem, vel ſaltim apprehenſis funiculis rotularum aut vectium, ſui iterum juris factæ quietemque affectantes, truncum & quotquot ei adhærent partes elevant in altum, iterumque laxatis manu funiculis, momento citius, mole corporis denuo victæ, redire ſibi laborem actum, relaxandi ſe, in orbem, experiuntur, tamque ſtrenue continuant motum, ut illis citius longe defatigetur vel domitor exercitatiſſimus. Enim vero, ut & delectationi aliquis hic detur locus, neque tædioſa novitio, per muſculorum mutatam actionem ſemper actuare machinam, videatur opera, hoc quicquid eſt adjumenti §. 8. explanati addidi. Ut proin eodem rite fruaris, ſufficit quod corpori proprium eſt onus, apprehendendum alterutra ſolum manu tenaculum, Fig. I. f. & vel unius digiti virtute elevabis, mechaniſmi legibus ita jubentibus, univerſam corporis molem proque lubitu & fortiorem & debiliorem, ſine ullo faſtidio, ſuccuſſationem produces. Sin & hæc vis operi impendenda delicatulis, commoditati litantibus, aut morbo viribusque confectis aliis judicetur

wegung komme. Denn wenn die Stangen durch die Schwere des Leibes und durch die von deſſen behörigen Muſculn erweckte geringſte Druckung gebeuget werden, heben ſie den gantzen Leib wieder in die Höhe, ſo bald ſie bey Nachlaſſung benannter Druckung, oder auch bey Ergreiff- und Anziehung des Riems, oder Schnure derer Räder oder Hebel wiederumfrey werden und in die Ruhe kommen. Hinwiederum ſo bald der Riem oder Schnur nachgelaſſen wird, werden ſie wiederum vom Leib überwunden u. geſpannet. Denn eben die Sache leichter und annehmlicher zu machen, und damit ſie nicht in Gegentheil einen ungewohnten, wenn er dieſe Motion vermittelſt derer Muſceln und ihrer abwechſelnden Würckung allein unternehmen ſolte, zu verdrießlich fiele, hat man dieſe nicht geringe Erleichterung nach dem 8. §. darzu gethan. Welche weiter nichts bedarff, als die Schwere des Leibes, wie ſie an ſich ſelbſt iſt, und die Ergreiffung und Regierung der Handhabe offtbenañter Schnure, ſo iſt man nach denen mechaniſchen Geſetzen vermögend, Krafft eines eintzigen Fingers die gantze Laſt zu heben, und dieſe Durchſchüttelung ſtärcker und ſchwächer nach Luſt und Belieben lange zu unterhalten. Wofern auch dieſe Bemühung ſo hierbey angewendet werden muß, Zärtlichen, Gemächlichen oder auch Krancken und Schwachen zu

tædiosa vel minus commoda, cum tamen non nisi minima sit, committant remigium socio aut famulo, & alterna intensione ac remissione motio instituetur gratissima pariter ac saluberrima, auctaque pro arbitrio eorum attractione funiculorum, non aliter quam a succussatore equo, fortiusque commovebuntur. Quod si continuatam ad tempus motionem priorem, quæ alterna elevatione & demissione corporis absolvebatur, equites juniores, cursum citiorem semper affectantes imitando, cum tolutatione per mutare velis, fac corpus flectatur antrorsum, & tendentur anteriores hastulæ, quæ dum recedunt a tensione, molem corporis fluctuantem retrorsum, vice alterna pellent. Sique tenaculum ex duplici funiculo constitutum fuerit divisum, atque non tam simul quam reciproce intendatur, mutata, ut plura reticeam, inde motiuncula excitatur.

beschwerlich und unbequem vorkommen möchte, ungeachtet sie sehr geringe ist, so kan das Ruder nur einem Freund oder Diener übergeben werden. Da denn durch abwechselnde Anziehung und Nachlassung eine solche annehmliche Motion erfolgen wird, welche gewiß nicht anders, als sehr heilsam heraus kommen kan, und welche bey, nach Belieben, erfolgter schärfferer Anziehung, eine gleiche Schüttlung, als von einen Pferde-Trapp zu erwarten, vorstellet. Wolte man auch diese auf eine Zeit anhaltende Motion, welche in einer abwechselnden Aufhebung und Niederlassung des Leibes beruhet, nach Art der jungen Reuter, welche, daß es immer geschwinder gehen möge, wünschen, gleichsam mit einem Galopp verwandeln, so beuge man nur den Leib vorwarts, so werden nur die fordern Enden von Stangen gespannet und vermögend gemacht, wechselsweise den Leib wieder hinterwarts zu wältzen. Theilt man auch die Rieme und zieht einen um den andern, so wird eine gantz veränderte Bewegung ebenfals daraus erwachsen.

§. X.

Adumbravi clare, ni fallor, machinam hanc equitabilem, cujus me etiamnum ob tenuitatem vilitatemque ejus haud pudet, non nescius, quam parvæ pilæ lusum mire extollat, alter artis nostræ parens Galenus l. 4. c. 1. Method. Equidem no-

§. 10.

Dieses wäre also die deutliche Beschreibung meiner zum Reuten abziehlenden Machine, der ich mich wegen ihrer Geringfügigkeit, in Betrachtung daß Galenus L. 4. c. 1. method. das kleine Ball-Spiel so sehr erhebet, keinesweges zu schämen. Ich bin zwar nicht derer Meinung, welche, wenn sie eine Sache

lim

lim cum illis facere, qui aliam in cœlum usque extollentes rem, alias sæpe numero, easque æque utiles, cum supercilio quodam spernunt, equitationemque decantaturi, nescio quæ effluvia, a generoso equo emanantia in corpus humanum admittenda, proferre, medicamentaque pene omnia & pharmaceutica & chirúrgica, nec saluberrimis exceptis flocci facere haud verentur. Id interim de mea asserere machina nullus dubito, eam, si non superet alios quorundam ex omni doctrinarum genere depromtos & plenis quandoque buccis propalatos fœtus, si utilitatem ejus perpendas, profecto paucis utilibus cedere. Quicquid ejus sit, ni altius nimis de eadem sentire viderer, quasdam ejus, præ reliquis multis non saltim exercitiis corporis, sed & sæpe ipsa equitatione in medium proferre prærogativas haud detrectarem. Ægrotantium pene multorum angustam rem domi primam ejus inventioni suppeditasse occasionem, dixi supra. Immite ac turbidum, pro discrimine anni temporum, cœlum, aer puta frigidus, pluviosus, pruinosus, nebulosus, effluviis quandoque squalidis refertus, verbo tempestatis procellæ non ægrotis solum, sed etiam cum vacillante modo confli-

biß in den Himmel erheben, andere die nicht weniger nützlich sind, neben derselben verachten, und also wenn sie den Nutzen des Reutens loben, ich weiß nicht was vor Ausdünstungen, welche von einem großmütigen Pferde heraus dringen sollen, und welche der Reuter wieder in sich zu ziehen hätte, angeben; Auch über dieses beynahe alle heilsame Medicamente, die so wohl die Apothecke als Chirurgie an die Hand gibt, geringschätzig halten. Unterdessen stehe ich gar nicht an, von derselben sonder Ruhm zu bekennen, daß, woferne sie nicht andere, aus andern Wissenschafften hin und wieder hervorgebrachte geringe Erfindungen übertrifft, sie gewißlich, was ihre Nutzbarkeit anlanget, sehr wenigen nachgeben wird. Es sey dem aber wie ihm wolle, daß ich nicht das Ansehen haben möchte, als hielte ich gleichfalls zu viel davon, so getraue mir derselben nicht allein vor vielen andern Bewegungen, sondern auch vor dem ordentlichen Reuten selbst einigen Vorzug beyzulegen. 1) Ich habe bereits gemeldet, daß vieler Patienten überhand nehmendes Armuth mir zu dessen Erfindung die erste Gelegenheit gegeben. 2) Die nach Unterschied der Jahres-Zeit unfreundliche und ungestümme Witterung, Kälte, Regen, Meelthau, Nebel, trübe und ungesunde Lufft, Sturm-Winde und dergleichen sind nicht allein Patienten, sondern auch nur kränclichen Personen und die wegen schwacher und zarter Nerven sehr empfindlich, zum Reuten, ärger als die Kranckheit selbst. 3) Läst sichs auch nach überstandener Kranckheit, wenn die Kräffte dabey zu-

ctan-

ctantibus valetudine, ac ſyſtemate nervoſo gracili, debili, eodemque, quod ſemper conjunctum experior, ſenſibili præditis equitantibus, res ſunt morbo pejores. Nec ex ægritudinibus emergentes, viribus dilapidatis, equo ſe promiſcue exponere, eidem inſidere, eodem iterum deſilire perque plateas lapidibus exſtructas cum paſſibus equorum ſingulis, male afficiantur, aut vias pluviis undisque emollitas, lutoſas, paludoſasque eodem vehi audent. In his enim Baglivio alias optima dicta equitatio, quæ per arva recenter aratro culta inſtituitur, qua non ſaltim motio, cum equus ſulcos transgreditur intendatur, ſed & effluvia ſalina nitroſaque egredientia, virtute reſpirationis pulmonibus applicentur, vix ac ne vix quidem locum invenire poteſt. Ecquis porro ſexui ſequiori in emolumentum ſanitatis frequenter hactenus ceſſiſſe novit equitationem? quæ tamen eidem ut potiori, privatos inter parietes adornata, eſſe poterit commendatiſſima. Equum conſcendunt alii, commodi inde reſultantis probe gnari, per hebdomadem ſemel, bis, alternis diebus, vel etiam in dies, utque motione decenter, pro conducta mercede defuncti habeantur, imbecilliores quanquam fuerint, ad

geſetzet worden, nicht gut einem Pferde anvertrauen, auf und abſteigen, durch gepflaſterte Straſſen, wo man alle Tritte zu fühlen pflegt, auch zuweilen maraſtige, leimigte und ſumpfigte Wege reuten. Denn bey dieſen lieſe ſich dasjenige Reuten, ſo Baglivius, vors beſte hält, welches über die friſch geackerten Felder gehet, wobey die Bewegung wenn das Pferd über die Furchen ſteigt nicht nur ſtärcker wäre, ſondern auch die aus dieſem Erdreich ausdringende ſalzigte und ſalpetrichte Ausdunſtungen, durch das Athem holen in die Lunge ſelbſt gezogen würde, gar nicht anbringen. 4) Wer kan ferner wohl mit Grund ſagen, daß die Bewegung des Reutens bey den Frauenzimmer bißhero zum Behuff der Geſundheit angewendet worden? welche ſie ſich doch, da ſie zu Hauſe angeſtellet wird, eben ſo wohl auf das Beſte können anbefohlen ſeyn laſſen. 5) Einige welche von dem Nutzen des Reutens gar wohl überzeugt ſeyn, thun ſolches wöchentlich etwa 1. 2. biß 3. mahl oder auch täglich, und damit ſie ihr Geld ja wohl abreuten mögen, halten ſie viele Stunden, ungeachtet ſie ſchwachen Leibes ſind, hefftig an. Derowegen auch, geſchweige daß es ihnen wohl bekommen ſolte, ſo werden ſie vielmehr allzuſehr durchhitzt, und beginnen hernach alle Schuld von ihrer nicht geringen Ab-

plu-

plures horas vehementerque continuant. Qua de re tantum non raro abeſt ut voti reddantur compotes, ut nimium potius hinc commoti, culpam defatigationis propemodum omnem in equitationem, quandoque innocentem rejiciant, hincque deterriti, eam poſthabentes ſpe ſua fruſtrentur. Si equos explores maxime venales, expectationi raro ſatisfaciunt, non propter nimiam eorum laſciviam petulantiamque, quam fruſtra accuſarem, ſed ob anchyloſin per varios caſus curſusque, temporis ſucceſſu, contractam, qua ſtoicam, vel calcaria maſcule ſpernentem patientiam induerunt.

§. XI.

Noſtrum vero exercitium equitationi analogum & crumenæ parcit & cœli negligit inclementiam. Inſuper tam blandum, tam leve, tamque commodum eſt, ut vel lectis aut ſtragulis circumdati eidem exponi ſecure queant. Nec ſexum fœmininum machina, ephippio ſexui huic proprio, Anglorum forte more confecto gaudens, excludet. Denique cum ad manus ſit eadem, ultra limites juſtos ſimul ac ſemel haud extendi debet actio in ea, hincque corpori inferri damnum, cum ſingulis diebus bis, ter imo pluries, ſubordi-

mattung auf das unſchuldige Reuten zu werffen, laſſen ſich ſolches wohl gar auf einmahl davon abſchrecken, und erlangen folglich ihren Endzweck in geringſten nicht. 6) Solten wir uns die gewöhnlichen Mieth-Pferde ſelbſt vorreuten laſſen, würde man ſich bey vielen nicht ſo wohl über ihren Muthwillen, ſondern vielmehr über ihre Steiffigkeit, die ihnen von ſo gewaltigen lauffen und ſtolpern nach und nach erwachſen, wodurch ſie auch eine recht ſtoiſche Gedult, welche nicht viel auf die Sporne mehr giebt, überkommen, zu beſchweren haben.

§. 11.

Was aber unſre Motion, ſo die Stelle des Reutens vertritt, anlangt, ſo erſpahret ſie 1) Das Geld. 2) Fragt ſie nichts nach den üblen Wetter, und iſt über dieſes 3) ſo leicht, gelinde und bequem, daß zur Noth auch ein Krancker mit Betten ſicher darauf geſetzt werden könte. 4) Wofern an die Machine ein Weiber-Sattel, etwan nach Engliſcher Art gemacht, angebunden wird, ſchickt ſie ſich auch vor Frauenzimmer. 5) Weil ſie allezeit zur Hand, ſo darf die Bewegung darauf nicht zur Ungebühr angeſtellet, und dadurch dem Leibe mehr Scha-

nato, si visum fuerit medicamentorum usu, prout indicantium fert conditio, institui possit. Tandem ne decidas corporique ac ejus partibus noceas insigniter, metus superest prorsus nullus, cum vel unica pertica fracta, aut laqueo quodam rupto, quod tamen raro, rarius adhuc te non prius animadvertente continget, reliquis firmiter tenentibus molem, ejusmodi quid haud accidat. Absint molestæ ocreæ aut vestes pulchriores, cum domesticis etiam indutum admittat equitem. Plura addere vereor, ne illis venum exponentibus equos, mutuoque commodantibus damni quid inferre videar, qui, quod pro certo obtineant velim, ditioribus ægrotantibus, habito interim morbi conditionis respectu, ut hactenus egi, reticebo machinam hanc, vulgarem equitationem omni modo commendaturus.

